



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

3. Olim Romana Notvs in Historia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

Ptolemeo ~~Amaſus~~, atque inde *Amasus*, *Amasis*, *Amisis* & *Amisus* appellatur. Soliti enim Romani in fluviorum nominibus e in a commutare, exempla in *Alisone*, *Albi*, *Adrana*, *Ambra*, *Amisio*, pro *Elsen*, *Elb*, *Eder*, *Emmer*, & *Ems*. Extam varijs vero ejusdem rei nomen proferendi scribendique modis rectissim⁹ is, quo Plinius & Mela antiquiores Tacito, Strabone & Ptolemæo usi, & fluvius ab urbis, castelli & præsidij loco distinguitur: non enim Αμασία & Αμισία apud Strab. Ptol. & alios geographos, verum etiam *Amisia* apud Tac.l.2. *Classis Amisiae* relicta lævo amne, oppidum vel munimentum significavit. Cluver. l.3. c.18. Schildius. de Chaucis. lib.1.c.

2. ILLE EGO SVM AMISIVS. clarissimus & nobilissimus amnis. Mela.l.3.c.3. In Oceanum *Amisius*, *Visurgis*, & *Albis* clarissimi. Plin.lib.4.c.14. *Amnes* clari in Oceanum defluunt, *Guttalus*, *Vistillus* sive *Vistula*, *Albis*, *Visurgis*, *Amisius*, *Rhenus*, *Mosa*. Adamus Bremens. lib.1. hist. eccles.c.2. Nobilissimi Saxoniae fluvij sunt, *Albis*, *Sala*, *VVisura*, quartus situ, non dignitatis ordine, quo Salam longè præcedit, ex magnis Saxonie fluminibus est *Emisia*, qui VVestualos à reliquis illius provinciae dirimit populis. Isque oritur in saltu Padarburnensi; currit autem per medios Fresonum terminos in Oceanum Britannicum.

3. OLIM ROMANA NOTVS IN HISTORIA, præcipue annalibus Taciti. lib.1.c.60. Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis distrahendo hosti per Bructeros ad flumen *Amisiam* mittit. Quantumque *Amisiam* & *Luppiam* amnes inter vastatum. c.36. Mox reducto ad *Amisiam* exercitu legiones classe, ut ad venerant, reportat. lib. 2. c. 8. Usque ad *Amisiam* flumen secundâ navigatione pervehitur. *Classis Amisiae* relicta, lævo amne. cap.23. Plures Caesar classi impositas per fluvium *Amisiam* Oceano invexit.

4. QVI

